

* BAPTIZARE. *

- ¶ Doctissimus Pater Ildephonlus de Noreña Ordinis Prædicatorũ, & Magister Alphõsus à Veracruce in suo Cõpendio Indico verbo Baptizare, notãt. 1. q̄ dato, sit peccatum mortale Baptizare extra necessitatem alienum parochianum [vt dicit Soto in. 4. dist. 4. q. vnica, art. 3. concl. 2. & est communis opinio] propter iniuriam quæ infertur Presbyteris parochialibus, quia Sacramenta à suis Presbyteris parochialibus sunt recipienda, iuxta ea quæ dicuntur in Sacris Canonibus. c. Interdicimus. 16. q. 1. & tradit Siluest. verbo Baptismus. 3. in prin. at nulla incurritur Excõmunicatio, vel Irregularitas, si oppositum fiat à Fratibus Mendicantibus: quia nullibi talis pena reperitur inflicta, nisi in administrando Eucharistiam, Matrimonium, & Extremã vnctionem, vt patet in Clement. Religiosi, de priuilegiis.
- ¶ Secũdo, notãt q̄ per Conc. Trid. nulli priuilegio nro derogat, quo ad hãc materiã, vt patet per õnia eius decreta. Applaudit P. Emanuel. Tom. 1. qq. regul. q. 43. art. 4. Ex quo inferit, q̄ si nra priuilegia [circa hęc] nõ sũt derogata per Cõc. Trid. sunt per illud de nouo